



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Opus pulcherrimu[m] de tribus vsitatis christianoru[m]  
actibus: oratione videlicet: ieiunio [et] elemosyna**

**Guntherus <Parisiensis>**

**Basilee, 1507**

**VD16 G 4140**

Capitulu[m] septimu[m].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30791**

1. Corin. 14

domine ne memineris. Ignorare si quidē vel nescire dicimur ea quae scire oportuit: et utrunque vitium importat iuxta illud: Ignorans ignorabit. Quae autem scire non expedit non ignorare vel nescire dicimur sed non scire. Si homo pro negligentia et contemptu diuinum orandi tempus premissum est: puta propter vinum vel aleam aut ludorum spectacula vel ineptas et turpes fabulas hystrionum seu pro lasciuia et turpitudine: ut pote propter blandas femineae voluptatis illecebras siue pro malicia inique mentis veluti propter fraudes et insidias et circumuentiones innocentium: aut etiam propter rixas et latrocinia et fundendi sanguinis desiderium: aliaque quae plurima quae aut uane aut impure aut impie fieri solent: si quid in qua ob huiusmodi causas fuerit intermissum non solum humiliter resartiri sed etiam asperime penitentiae vindicta puniri necesse est. Oportet enim penitendo deflere non esse factum quod decuit et factum esse quod minime licuit quod tempus pietatis et deuotionis vanitati et malicie depensus est: quod cum deberet esse sobrius in ecclesia fuit ebrius in taberna: cum debuit vacare contemplationi angelorum fuit in speculatione ludorum: cum debuit esse in obsequio sanctae dei genitricis fuit in tugurio incestu meretricis: cum orare pro persecutoribus suis festinauit ad oppressionem innocen-

tis: cum tractare vel sumere corpus christi cucurrerat ad fundendum sanguinem fratris sui. Tides igitur quod quicquid diuini operis propter aliquam tristem predictarum causam omissum est humiliter resartiri oportet: sed in primo quidem defectu leuis est culpa: in secundo nonnulla: in tertio uero grauissima.

Capitulum sextum.

Est et altera necessitas in tempore orationis quoniam casus aliquis insperatus emergit: ut praeter solitum ad orationem confugere debeamus. Hoc autem duobus modis usu uenire solet: siue propter uitandum periculum seu propter beneficium impetrandum.

Capitulum septimum.

Periculum homo aut tamen est anime: aut tamen corporis: aut parit utriusque: aut etiam re extrinsecarum ut puta fame vel fortune. Periculum anime tamen est cum securo corpore salua anime periclitatur: ut in suggestione mortalis peccati. Contra hoc periculum orabat salomon cum diceret: Domine deus et dominator uite mee: ne derelinquas me in cogitatu meo: desiderium meum auerte a me: aufer a me concupiscentias et animum irreuerenti et infrunitate ne tradas me. Periculum solum corporis est: cum anima nullius grauis peccati conscia secunda est: sed mors corporis formidat uer-

215. 89

215. 90

Eccli. 13.

De his q̄ p̄tinēt ad orationē Fo. xxxij.

ut in hoīe iusto q̄ mortem sibi vicina expectat: v̄t̄po te in belis/ naufragijs / et in cēdijs/ et extrema infirm̄ itate. Contra h̄ piculum tanq̄ ver<sup>o</sup> homo saluator orauit cū diceret: Pater si fieri potest: trāseat a me calix iste. Similit̄ ⁊ tres pueri in fornace/ ⁊ paulus in naufragio: ⁊ ezechias in extremo infirm̄ itatis articulo. Periculū v̄triusq̄ simul est: cū ⁊ mors corp̄is statim a desse credit̄: et eēna mors aīe formidat̄: vt in eo q̄ multoꝝ rum criminū reus/ et nulla satisfactioe correct<sup>o</sup>/ in primo se credit moriturū: Contra h̄ piculum orauerūt niniuite: etiaz latro pendēs in cruce: vt saltē alterū id est mortem aīe vitare posset: ita dicens: Memento mei dñe dum veneris in regnū tuū. Periculū fame est: cum de n̄ra opinione timemus: ne illa amissa efficiamur infames: vt solet accidere his q̄ de graui et enormi flagitio accusant̄. Cōtra hoc fame piculū ⁊ etiā contra piculum corp̄is: orauit ioseph in carcere: ⁊ susāna cū ad mortem ducētur. Periculū fortune in his reb̄ attendit̄: amissioe libertat̄: vel amicitia: vel earū rez que ad vsus n̄ros satis sunt necessarie. Periculum in amissione libertat̄ ē: cū ipsā libertatē timem<sup>o</sup> amittere: vt is qui bello capt<sup>o</sup> ab hostib<sup>o</sup>: ideo vite seruetur vt seruiat. Serui em̄ tā a seruando q̄ a seruiendo

Marth. 29.  
Daniel. 7.  
Act. 27.  
4. Reg. 20.  
Ione. 3.  
Luce. 23.  
Gen. 40.  
Daniel. 15.

do dicti sunt. Contra h̄ piculū orabant iudei. i. filij isrl̄: cū eos pharao in milib<sup>o</sup> equoꝝ ⁊ curruum p̄sequeret: timētes ne illi eos in fuitutē luti ⁊ lateris quā fugerāt reuocaret. Periculū in amissione amicoꝝ est: cū eos q̄ diligim<sup>o</sup> q̄b<sup>o</sup> ve dilecti sum<sup>o</sup> v̄l morte aliq̄ casu vt captiuitate pegrinatiōe v̄l exilio: nob̄ credim<sup>o</sup> auferēdos. Cōtra h̄ piculū orabāt iudei obsessi ab holoferne: q̄n supplicabāt dño ne darētur infātes eoz in p̄dam: ⁊ v̄rores eoz in diuisione: sic legitur in libro iudith. Periculū in amissione rez est: cū ea q̄ nobis necessaria sūt/ haud dubie nos credim<sup>o</sup> amissuros: vt in naufragijs incēdijs ⁊ rapinis: ceterisq̄ similib<sup>o</sup>. Cōtra h̄ piculū orabant filij isrl̄: ne daret civitas eoz in exterminū: ⁊ sc̄tā eorum in pollutionē: sic legit in eodem libro iudith. Cōtra hec om̄ia piculoꝝ genera q̄cumq̄ nobis tpe diei vel noctis iuguerint/ hūiliter orandū esse: ⁊ ratio docet: et multoꝝrū admonemur exemplis.

Capitulum octauū:  
Beneficium q̄z q̄d orantes a deo postulam<sup>o</sup>: totidem modis distingui potest: in reb̄ p̄rarijs attenditur. Est em̄ b̄n̄ficiū aīe/ vt virtus: corporis/ vt incolumitas: v̄triusq̄ simul/ vt amboꝝ integritas: fame/ vt bone opinio

Ezo. 14.

Judith. 4.

3. 2. 3. 4.

f